



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quomodò & quare Deus nos tentat varijs modis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

CATECH. C. CLING.  
DE TENTATIONE  
nostra.

## CAPVT XXXI.

## ARGUMENTA.

1. Quomodo & quare Deus nos tentat varijs modis.
2. Quare Sathan etiam nos tentat.
3. Quomodo orandus est Deus, ut nos conservet, ne succumbamus & obediamus tentati- nibus.



Tripliciter  
nos terari.

I.

II.

III.

Criptura testatur Deum nos ideo tentare, vt nos probet, an eum ex toto corde diligamus. Sic tetrauit Abraham Genes. 22. & filios Israel cum manna in deserto, Exod. 16. Tripliciter ergo nostre tentat Deus, vt probet: primò in fide, permittrit enim haberes fieri, vt probet fidem nostrani erga illum, sicut patet in Deuter. 13. Non audies verba prophetæ falsi, quia tentat vos Deus vester, vt palam fiat, utrum diligatis ipsum in toto corde vestro & in tota anima vestra &c. & 1. Cor. 11. inquit Apostolus: Oportet haberes esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. & Mat. 24. Surgent Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna &c. Deinde tentat nos infirmitate corporis, unde Tobiae 2. dicitur: Hanc temptationem ideo permisit Deus eueniire illi, vt posteris daretur exemplum patientie eius, sicut & S. Iob. & Iob ipse cap. 23. propter gravissimas passiones, quas in corpore pertulerat, dicens de seipso: Probauit me Dominus quasi aurum quo per ignem transit. Sic saepè sancti infirmantur & tentantur, vt illorum patientia nota fiat. Sic Apostolus tentatur 2. Corin. 11. Tertio tentat etiam nos Deus in rebus, sic enim dicit ad Abraham Genes. 11. Egedet de deo

de domo tua & de cognatione tua, & cap. 22, de filio  
Iaac tentatur, vt ipsum immolare. Sic Iob perdit o-  
mnen substantiā suā, & inquit: Dominus dedit, Do-  
minus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Cūm  
ego nos Deus tentat, hoc facit ad profectum nostrū  
& coronam.

Tentat quoque nos Sathan, vt nos decipiat & dam-  
net, & hic nulli parcit, sed tanquā leo circumit, quæ-  
iens quem deuoret, i. Pet. 5, nam nec Christo ipsi pe-  
percit, Matth. 4, & parentes nostros in Paradiso ten-  
tauit, Gene. 3. Tripliciter quoquè ipse tentat, gula &  
avaritia, sicut tentauit Adam & Christum: & ideo A-  
postolus i. Tim. 6 vocat avaritiam laqueum Diaboli  
quo multos huius nostri seculi homines trahit & il-  
laqueat: Deindè, superbia & inani gloria: hæc superbia  
ipsius ē cælo deiecit, & ideo nouit quā displiceat Deo  
hæc superbia, Nā superbis resistit, humiliabit aut dat gra-  
tiam. Iacob. 4, i. Pet. 5, ideo sæpè homines tentat de  
superbia & inani gloria, Ezecl. 16. Hæc fuit iniqüitas  
Sodomæ, superbia & saturitas panis &c. & per inanē  
gloriam turbat pacē, excitat lites. Ultimò tentat nos  
luxuria & voluptate carnali, sicut Dauid conqueri-  
tur Psalm. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illu-  
sionibus. Multos enim pstrauit Sathan hoc vitio lu-  
xurie, Gen. 6, in diluvio Sodomam, & alias ciuitates,  
populum Israel in deserto fornicantem cum filiabus  
Moab, Nume. 25. Vbi semper vltio Domini magna est  
subsecuta, sic deiecit Dauid, Salomonem, & cæt. Sic  
semper tentat nos Sathan, vt perdat ac damnet ani-  
mam. Tentatur quoque homo in mundo à dextris &  
sinistris, vt rectè dixerit Iob 7. Militia est vita homi-  
nis super terram. A sinistris tentamur ira, inuidia,  
amarulentia, impatientia, paupertate, & infirmitate,  
in omnibus ijs quæ pœnalia sunt homini, vbi ho-  
mo damnum & pœnā accipit ex tētatione, sicut sæpè  
mundus occasionē præstat carni nostræ, quæ prona-

V est &